



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendæ**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.9. Immensa misericordia allici homines ad pœnitentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

138 Cap. V. Petri conuersus exemplo

Mich. 7. expectat pœnitentiam eorum, cupiens proi-
12. cere in profundum maris omnia peccata no-
13. stra, est enim, ut dixi, quidquid ubique pec-
 cati admissum est ab omnibus, instar scine-
 tillæ in pelagus cadentis, si cum misericor-
 dia Dei conferatur undeque infinita,
 quæ meritò profundum maris appellatur.
 Est enim immensa profunditas misericor-
 dia diuinæ. Venit etiam peccator in pro-
 fundum, & numquam venit ad terminum
 malitiae, dum viuit, potest enim semper
 profundiùs descendere: unde ait: *Infixus
 sum in limo profundi: & non est substantia. Veni
 in altitudinem maris: & tempestas demersit
 me.* Sed quocumque descenderit, & unde-
 cumque orauerit: *De profundis clamaui ad
 te, Domine;* semper adhuc profundior est
 misericordia diuina, quæ fundum non ha-
 bet; nequit exauriri.

IMMENSA
 MISERI-
 CORDIA
 ALLICI
 HOMINES
 AD POC-
 NITENTI-
 AM.
 Ossee. 13.

¶

Quam inexcusabiles igitur erunt, qui
 hanc tantam Deiparæ, immò qui infinitam
 Dei misericordiam audiunt, credunt, &
 tamen negligunt, aut adhuc desperant?
 Nonnè illis dici poterit: *Perditio tua Israël?*
 Nonnè isti digni sunt mille gehennis? qui
 non jam de tot peccatis, quotquot um-
 quam commissa sunt, conscientij, sed ob fur-
 tum

tum, ob rem alienam à se possessam, ob ini-
amicum vnicum vindicandum, ob consue-
tudinem fornicandi, aut potandi, aut otie-
andi, cogitationem omnem salutis depo-
nunt; & de misericordia Dei desperant.
At vedit hoc ab æterno prouidum Numen?
& tamen eos creauit, pro illis homo fieri,
illis Matrem dare misericordiæ, denique
pro ipsis in crucem tolli voluit. Et non-
dum nos mollit tanta pietas? tam immen-
sa bonitas? Amplius progressa est. Post-
quam vedit, nos hæc omnia contemptu-
eros, adhuc benefecit, adhuc alia remedia
exitijs nostris excogitauit: vt etiam sic ad-
huc lapsi surgere possemus. Nam SS. Sa-
cramenta instituit, per quæ nobis vim san-
guinis applicaret. Vultis videre infinitam
patientiam, & immensam bonitatem? Vi-
dit plurimos etiam hæc contempturos, cal-
caturos, adhibituros ad occasionem il-
lum offendendi, & non subtraxit: nec ad-
huc subtrahit; quamuis homines usque a-
deò insaniant, vt ipsa sese medicina occi-
dant; & illo gladio Deum persequantur,
quem à Deo contra suos, & Dei hostes ac-
ceperunt. Nonnè enim caussam haberet,
vt diuina à se instituta sacramenta è medio

amone-

amoueret, quibus homines sacrilegè abutuntur? At tam immensè bonus est, ut sacramentum pœnitentiæ adhuc ei offerat in salutem, qui centies sacrilegè confessus est; ut dum saltem in ultima confessione serio retractat sacrilegas suas confessiones, veniam misericordiamque consequatur.

X.
SACRA-
MENTO-
RVM ABVE-
SVS,

Incredibilia videor dixisse; sed ostendam esse verissima. 1. Cùm omne sacramentum sit signum visibile practicum rei inuisibilis, seu gratiæ, quam confert, id quod ad gratiam conferendam est institutum, adhibent ad gratiam destruendam, quoties per baptismum, per chrisma, permille sacramenta temere, impiè, iactanter blasphemant; illi nimirum, qui Redemptori suo ipsum sanguinem & vulnera exprobrant. 2. Baptismum non solùm in sui condemnationem accipiunt, qui minimè Christianè viuunt; sed sunt, qui infantes aut omnino priuent baptismo, aut in ipsis quoque cacodæmonis nomine baptizent. 3. Confirmationem nec quid sit quidem sciunt multi; aut nimium differunt. 4. Eò progressa est ignorantia, ut extrema vngtio, quæ non solùm animam roborat ad extremum agonem, sed sàpe etiam, ut

D. Ia-